

1533. id. 6. maij.

Sigismundus I. Rex Poloniae.  
Summo Pontifici Clementi Septimo.

120  
 Scripsi iam aliquoties, et supplicavi di-  
 ligentissime Vestre Sanctitati, ut privile-  
 gium, quod in gratiam meam ordinarij hujus  
 regni mei de liberis collationibus, in ipsorum  
 mensibus concepit, in his reficere, et clarius  
 interpretari dignaretur, in quibus claudicare  
 et causam rabulis, et turbatoribus homi-  
 num adhuc sacerdotia indignis modis aucu-  
 pandi prebere videatur, neque et reservatio-  
 nes regnes, Coadjutoria et alia id genus  
 Sacerdotiorum retacula non valerent, tam  
 in mensibus Vestre Sanctitatis, quam eti-  
 am in mensibus Ordinariorum, nisi quibus  
 meus, ordinarijque et Capituli quibus Per-  
 sone gentis nostrae cognitiores sunt consen-  
 sus accederet. Indignum siquidem videtur,  
 ut haec rei Ecclesiasticae, de honesta mente, un-  
 de potissimum hominum Delectatio maneat  
 praerisa in mensibus Ordinariorum, in mensi-  
 bus vero Vestre Sanctitatis, unicuique li-  
 bera esse Deberent. Supplicavi praeterea  
 Vestre Sanctitati, ut Sacerdotia in  
 Pielicensi et Vistlicensi Collegiatis Eccle-  
 sijs ascribere dignaretur. Juripatronatus  
 perpetuo duobus Oeconomis seu Capita-  
 neis Reverendi Domini Episcopi Crac-  
 viensis pro tempore existen, quod expediret  
 non solum



non solum huic Sedi, quae in loco totius  
regni mei Principis sita est, sed etiam  
omnibus alijs meis sedibus Pontificalibus  
habere Officiales seculares, talibus Privi:  
legijs Dotatos, quibus et amicis suis viris  
dignis commodare possent, et ipsi rebus  
rebus Ecclesiasticis cum ipsis amicis suis  
essent Devinctiores.

Has et alias ejusmodi meas preces,  
non privatae meae alicujus rei causa, sed  
certa pro bono rei Ecclesiasticae ratione  
totiens factas, alias cum magna Difficulta:  
te et impendio impetratas, alias neque  
Dum a Vestra Sanctitate susceptas et con:  
cessas mirarer vehementer planeque de:  
sperarem de vestra Sanctitatis cura et  
animo in reficiendo bono statu Ecclesia:  
stico et abusibus, qui omnibus offendiculo  
sunt reseccandi, nisi alias exploratam ha:  
berem virtutem: et prudentiam singula:  
rem erga me benevolentiam Vestrae San:  
ctitatis unde potius interpretem meas  
istas preces: vel non perlatas omnes ad  
Vestram sanctitatem, vel inter alias sum:  
mas illius occupationes excidisse. Proin:  
de repetenda illas denuo non dubitavi. Sup:  
plico Vestrae Sanctitati etiam atque  
etiam, ut ipsas meas preces, quae meri:  
to apud illum magis impetrabiles esse  
debent, quae magis est rei Ecclesiasticae

bene



bene gerenda obnoxia tandem admittere et i-  
 lis annuere dignaretur. Neque rogo Vestra  
 Sanctitas patiatur me amplius hoc suppli-  
 cando repetere, praesertim tamen exigua  
 tamque iusta et honesta, ne favorem Ve-  
 stre Sanctitatis et animum non solum  
 in me sed etiam in rem Christianam Ec-  
 clesiasticam, remissionem arbitrari cogar.  
 Commendo me rursum, regnumque et Do-  
 minia mea in gratiam Vestrae Sanctita-  
 tis, quae Dominus Deus servet semper  
 sospitem et felicem. Craoviae die sexta  
 Maj. Anno Domini Millesimo Quingente-  
 simo trigesimo tertio. ~

[Faint, mostly illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page.]



